

Jo. Francisci Marliani Mediolanensis: magnifici Antonii
filiij illustrissimi ducis Mediolani legati: Oratio habita apud
Innocentiũ. viii. Pontificẽ maximũ. Anno dñi. M. cccc. lxxv.
tertio kalẽ. Quintilis.



Nulla est respub. nullus princeps: nulla christianoꝝ
natio: nullus bene viuendi institutis deditus. San-
ctissime ꝛ marie pontifer: qui nõ summo ꝛ incredibi-
li prope gaudio sit pfusus: reddito sibi de pontificatus tui di-
gnitate gratissimo ꝛ iucũdissimo nuncio. Existimat eniz vnus
quisq; deũ optimũ maximũ vniversi orbis paci et traquillitati
consuluisse: cum te ducem delegerit: qui nõ secus ac lumen ce-
litus emissum: cuncta eius nutu in terris modereris ꝛ guber-
nes. Existimat inquã tunc virtutibus omnibus: sed in primis
iusticie: que rerum omniũ est fundamentũ locum fore: cum tu
apud nos omnia soluturus sis ꝛ dissoluturus: in quo tanta est
religio: tam excellens bonitas: tam admirabilis sapientia: taz
egregia gerẽdis in rebus solertia: tanta deniq; virtutũ omniũ
obseruantia: vt nihil nõ modo agere: sed ne meditari quidem
possis quod non rectũ sit ꝛ prudens: omniq; ex parte magnani-
mũ. Quo sit vt sibi omẽs persuadeant donec vixeris perpetua
eos semper quiete atq; animi tranquillitate fruituros. Idcirco
doluerũt vehementer aduersam valitudinem tuam: in quã
hoc tui pontificatus inicio incidisti. Hunc autem summopere
gaudent: q; existiment fore: vt diuina prouidentia ea tibi iam
iam restitatur: ꝛ ita restitatur: vt proculdubio sit speranduz
te per longa tẽpora bene valiturũ. Uerũ cum alij omnes letent
tanta est voluptas quam animo suo concepit magnanimus et
Illustrissimus Jo. Galeatius princeps noster: tibiq; filius ob-
sequentissimus: vt hoc vno se felicem beatumq; existimet: q; eo
in viuis agente id sibi contigerit: vt te summuz pontificem: te
christi vicarium: te petri successorez agnosceret: in cuius vnis
requiesceret: cui se suaq; omnia dederet: quẽq; non secus ac in

mortale deus adoraret: coleret: veneraret: et observaret. Quare
 hoc maximum et incomparabile gaudium pontificatus tui senti-
 ens: ut nihil sibi deesset ad ingentis leticie cumulum: optasset
 sumopere te presens presentem intueri: sacrosque pedes tuos et am-
 plecti et exoculari: ut clarissimo omnibus comprobaret argumē-
 to: quod maioribus suis vi quadam nature insitum fuit: ut sedis apo-
 stolice decus ac dignitatem tuerent: id eum in omne eum ser-
 uaturum. Quod cum per etatem ut tu optime nosti et negocio-
 rum variam ac multiplicem curam: quam continuo pro status
 sui regimine sustinet: sibi in presens integrum non fuerit: nobis
 oratoribus suis mandavit: ut te eius nomine viseremus: salu-
 taremus: simulque in verum pontificem susciperemus. Mibi autem
 qui pro legationis officio apud te sum oraturus sentio graue ad-
 modum et difficile onus esse iniunctum. Nam preter quod de tu-
 is diuinis laudibus dicturus sim: que eum oratorum expeterent
 quem vere eloquentem possemus appellare. quippe qui dicendi
 copia: orationis grauitate: et sermonis iucunditate valeret: que
 omnia exigua in me esse intelligo. Sitque preterea ab his qui ante
 me dixerunt tanta cum elegantia et venustate peroratium: ut par-
 uam mihi dicendi copiam reliquerint: video tantam esse vultus
 tui venerationem: tantam corporis proceritatem: tantum oculorum
 radiantem splendorem: tantam denique in te esse maiestatem: ut
 cum te intueor: idem mihi visu euenire animaduertam: quod il-
 lis accidit qui oculorum aciem in radios solares intendunt quo-
 enim fixus eos nituntur aspicere: eo minus vident. Quare non
 possum non vereri ne idem mihi accidat: quod Leophrasto philo-
 sopho disertissimo accidisse ferunt: qui cum pauca admodum
 verba apud Alexandrum regem esset facturus: tanta est affectus
 verecundia: ut nihil omnino eloqui potuerit. Quo euentu vsos
 etiam audio et Demosthenem apud Philippum Macedonum re-
 gem: Alexandrique patrem: et Ciceronem apud iudices in causa
 Milioniana: duo quidem eloquentie sydera lucidissima. Que
 omnia etiam me maxime terrere debuerant: mutumque omnino et

elinguem reddere: eam tñ intelligo esse humanitatē tuā: eam
 mansuetudinē. eam facilitatē: vt que dixerō etiam si minus cu
 mulatissimis laudibus tuis satisfecero: ea omnia in bonaz ste
 partem accepturus: potiusq; mittētis animū: q̄ loquentis per
 sonam consideraturus. Quid igitur primū de te laudem: quī
 nullius omnino sis inops laudationis. Non enim mediocria
 sunt bona quibus te vel imortalis deus: vel natura ipsa: vel in
 dustria exercitatioq; tua te vnū ex alijs omnibus nostre tempe
 statis viris maximis ostendit illustrem. Nam vt ab in cunabu
 lis (vt aiunt) incipiam: tu Genua es oriundus: que adiacens
 mari ea in Italia est ciuitas: quā situs pulchritudine ⁊ magni
 tudine: rerum omniū que terra mariq; aduehūtur opulētia
 templorum ⁊ edificiorū amplitudine: orēq; ⁊ que ad orientem ⁊
 que ad occidentem spectat vbertate ⁊ amenitate: non imerito
 multorū regum sedem: vt de Cyp̄o insula legimus: possumus
 appellare. Quantū autē antiquitate inter reliquas Italie vr
 bes excellat: testes sunt grauissimi ⁊ locupletissimi Plini⁹ Ho
 uocomensis: ⁊ Strabo: duo cosmographorū principes. Tu ab
 eis parētibus originem ducis: quī generis nobilitate ⁊ rerum
 gestarū gloriā adeo clarent: vt facile inter Genuensiuū prima
 rios possint numerari. Tanta preterea est co:poris tui pulchrū
 tudo: tanta membrorū omniū compactio: tam formosa vultus
 tui liniamenta: vt de te idē dici possit: quod de Priamo ceci
 nit Euripides Tragicus poeta. Priami quidem sp̄cies mere
 imperiū. Tu autē hec bona semper eterna existimasti: ⁊ vt gre
 ci dicunt: quod idē est quod indifferentia:
 idest boni ⁊ mali cōmunia. Quare ea amplect⁹ que minime mu
 tabilia sunt: sed solida ⁊ nulli fortune subiecta tibi assidua vir
 tutis exercitatione prudentiā comparasti singularem: iusticiā
 admirabilem: erimiam libertatē: inauditamq; caritatem: que
 vna virtus Pauli apostoli sentētia longe alijs omnibus virtu
 tibus est superior. Quid meminerim modestiā tue vite ⁊ inte
 gritatem: in omniq; re grauitatem atq; constantiā: que singu

~

la in te excellere vel lapides ipsi ⁊ cognoscunt ⁊ predicāt. Accedit ad hec humanitas tua: facilitas: clemētia: suauitas sermōnis: morūq; moderatio ⁊ elegantia. Quorū omniū si dignam rationē habere voluero: non modo dies ad dicendū: sed ne annus quidem sit satis. His preclaris tuis virtutibus pontificalis dignitatis fastigium attigisti: his illud intactum incorruptūq; seruabis: vbi etiā res eriget sūmopere extolles et augebis. Quamobrem īmortali in primis deo qui bonorū omnium est auctor: postmodū his Reuerendissimis patribus sedis tue cardinibus firmissimis sempiternae a cunctis gratie sunt habēde: q̄ tu vir omni probitate excellens: moribuscq; ⁊ multarū rerū experientia prestans: christiani gregis pastor: constitutus sis: quem omnibus in rebus imitaremur: ad cuius vite imaginē nos effingeremus: cuiuscq; fidei ⁊ sapientie nostrorū omniū salus credita esset ⁊ cōmissa. Quod ad principem nostrum attinet ipse vel hoc vno se vobis optimi patres plurimū debere intelligit: q̄ eum pontificem designaueritis: quo meliorē nec prudentiorē maiorēq; religionis cultu ⁊ sanctimonia p̄ditum: neq; ipse elegisset: neq; ab alijs eligi vnquā posse existimasset. Quare cum vos semper maxima virtutū gloriā prestantes: aliosq; animo ⁊ magnificos cognouerit: nunc omniū prudentissimos iudicat: animiq; exuberantis ⁊ excelsi: qui optime consideraueritis Italice quieti simulq; sedis apostolice salutē bene consultum fore: si eū in regia ⁊ apostolica triumphantem sede conspiceretis: qui ingenti sapientia sua ⁊ animi diuinitate nō modo Petri nauiculam fluctibus agitari non permetteret: sed non secus ac sol aureus radios salutare per vniuersum orbē spargeret: suisq; illustribus gestis eorū qui clare vixerunt pontificum famam nō modo equaret: sed apprime superaret. Ego īndubitato tibi persuadeo pater diuinissime te imitatur. Innocentium quartū conterraneū tuum: ob cuius rerum preclare gestarū memoriā tibi nomen est Innocentio. Is virtutibus suis quibus eum natura eiusq; studiū ornauerant viā sibi non

modo ad pontificatū: sed ad eternam quoq; gloriā parauit. Cum enim dei ecclesia viribus et acerbissimo odio Federici secundū veteret: adeo: vt cum pontifex maximus diē obiisset: ne mox inueniretur: qui audacissimi hostis impetum sustineret apostolica sedes duce suo priuata: summū periculū passura videretur: dei nutu omnium cōsensu pontifex est creatus. Cū igit vidisset Romanā ecclesiam maximis fluctibus agitari: et vndiq; ingentibus periculis circūuentam: existimans nō deceze duce Petri nauiculaz tempestatibus obrui: fretus prudentia sua qua omnibus in rebus vti solebat: occulte ingentē classē parari iussit. Qua cum Roma Genuaz adnauigasset: indeq; Lugdunū: atq; illic frequens totius occidentis puentus habitus esset: Federicum imperio amouit: et ita prudenter rebus suis consuluit: vt pontificatu ad solitū decus suū restituto: cuz antea nō secus ac profugus Lugdunū applicuisset: tunc veluti triumphans et immortalī dignus gloria Romam petierit. Tu itaq; huius exemplo ecclesiā Romanā singulari tua prudentia continuo studio: perenni cura ac diligentia tutaberis: defendes: in omneq; eū saluam et incolumem reddes. Nec hoc tibi difficile factū futurū existimo: tum q; tante et tam imense sint virtutes tue: vt eis ducibus quecūq; etiam difficilima summa sis cum facilitate superaturus: tum q; iam tibi omnia pateant christianiq; omnes potentatus numen tuū venerent. Et quoz numero dux noster: apud quem nihil potius est vel antiquius q̄ preceptis tuis parere: seq; pro apostolica sede deuouere tibi opes suas omnes: totū exercitū: et eum quidem firmum ac munitum: seq; ipsum vbi oporteat alacri et libenti animo pollicetur. Cum enim intelligat plerosq; Romanozū: vt. A. Manliū Torquatū. D. Brutum. M. Atrilium: Regulum: Curcium: Decios: aliosq; q̄ plures vel se vel filios pro salute patrie neci mādassee: inanem quandā seculi gloriā secutos: magno sibi dedecori ascribendū censeret: si ipse pro vera celesti gloriā felici quidem et eterna: sanguinē etiam propriū nō effunderet: presertim

cū optime meminerit maiores suos xp̄ianā fidē summo cultu ⁊
religione venerātes: id sibi iure quodā peculiare vēdicasse: vt
in Romane ecclie hostes felicia ac victricia signa tollerēt: eosq;
ab om̄i hoīm memoria penitus delerēt. Cui enī: vt reliqua oīa
omittamus: que Mediolanensiuū p̄ncipes pro xp̄iana republ.
strēnue ⁊ preclare gessere: cui inquā ignotū est ⁊ diuinū illum
p̄ncipē Philippū Mariā Anglum: ⁊ Franciscū Sforciā duceꝝ
sapientissimū fortissimūq; Imperatoꝝ: eiusq; filiū Galeaciuꝝ
acerrimi ingenij virū: se omnibus in rebus obeūdis: assiduos
sedis aplice defensoꝝes prestitisse. Quis preterea non audiuit
inuictissimū illum belli ducē Sforciā Francisci patreꝝ pro Ro-
mane ecclie salute occubuisse. Hoꝝ p̄genitoꝝ suoz vestigia
pculdubio imitaturus est Illustrissimus p̄nceps noster ⁊ ita
imitaturus: vt p̄fecto existimare possis eū pro sacrosancte Ro-
mane ecclie dignitate tuenda nihil vnq; omīssurū: sed potiꝰ
libentissime sua oīa seq; ipsum expositurū. Tuū autē erit euz vt
filiuz amplecti: ad hec dies noctesq; id cogitare ⁊ meditari: vt
par qua nunc totā Italiā exultantē vides firma maneat ⁊ in-
cōcussa: qđ te pro bonitate tua religioneq; ac caritate pculdubio
effecturū oēs sibi persuadent. Quare gaudēt ⁊ exultant: qđ
diuino cōsilio e celo descendēs: si que apud Italos odioꝝ sunt
reliquie: eas egregijs virtutibus tuis sis extincturus: simulq;
xp̄iani noīs hostes interempturꝰ. Postmoduz errores nostros
emēdaturus: delicta castigaturus: hereticas opiniones antiq;
turus: tyrānicos potētatus euersurus: tandēq; aurea nobis se-
cula redditurus. Hac igit̄ pleni leticia hoc imensum gaudiuz
vultu ac gestu p̄ se ferentes te verū Petri successozē: te ponti-
ficē dignissimū: summūq; xp̄ianoꝝ p̄ncipē ⁊ predicāt ⁊ admī-
rant. Ad te oēs confluūt: vt sanctissimū nomen tuū adorēt: te
summis laudū p̄conijs ad celū vsq; extollunt: auxiliū tuū nō
secus ac diuinū inuocant. oēs vno ore imortali deo gr̄as agūt
sempiternas: qđ te virum sapientissimū summū sacerdotē pon-
tificēq; designarit. simulq; euz quibus possunt p̄cibus rogant

⁊ obsecrāt: id efficiat: vt q̄ diuissime sis in viuīs: quo iusticia
 tua ac bonitate xp̄iani noīs gloriā per longum possis tempus
 ⁊ tueri ⁊ augere. Hanc eandē animi iucunditatē ⁊ nos sentien
 tes: Illustriissimi principis nostri noīe sanctissimos pedes tu
 os osculamur: te adoramus: te verum patrē ⁊ pontificē agno
 scimus: tue sanctimonie ⁊ probitate sua oīa seq̄ ipsum cōmitti
 mus: existimantes nihil ei qđ nō letum sit ac felix successurum
 si pro ea quā filio debes paterna pietate ip̄ius curā gesseris: re
 rumq; suarū saluti ⁊ incolumitati vigili oculo tuo cōsulueris.

¶ Finis.

Inc
 1281

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text in the upper middle section of the page.

Faint, illegible text in the middle section of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page.